

Zc
2770

VOTA NUPTIALIA
SCHOLÆ VVITZLEBICÆ

In
NUPTIAS

Ornatissimi & Doctissimi Juvenis

Dn. BURCHARDI
KUNTZSCHII OL-

dislebiensis, Monasterii VVitzlebici

Oeconomi vigilantiss.

SPONSUS;

&

Leetissima Pudicissima Virginis

ANNÆ ELISABETH,

Prudentissimi, Humanissimi ac Doctissimi

Dn. Magistri IOHANNIS CONTII,

Prætoris apud ISLEBIENSES dignis-
simi, unicae Filiae

SPONSÆ.

Dicata ab Amicis & Fautoribus.

Celebr. ISLEBII 3. Id. Novembr

Anno M. DC. XXI.

Excudebat Petrus Kühne Typographus ibidem.

X 2055068



SCHOLA VITINERICA

DR. BERNHARD
KUNTSCH



Dr. Martinus G. Fautsch

Oberrheinische Universität
Strassburg



Qui sine matre, patre, & sine conjuge cuncta crea-
 Expers interitus, principiūq, DEUS, (vit,
 In tres distinxit, sapiens, VIVENTIA, classes,
 Fuit & ut starent ordine quæq, suo.
 Hac inter volucris cœlestis concio, turmæ,
 (Fas ut erat) primum gaudet habere locum:
 Inde genus sequitur numero mortale secundo:
 Tertius ordo tenet, quæ ratione carent.
 Angelicas, voluit sine conjuge ducere vitam,
 Mentis: At homines fœdus in ire tori:
 Quæ verò ratione carent animata, reliquit
 Pro lubitu cœcis sensibus usq, suis.
 Est homines inter rursus distinctio triplex:
 Nam quidam thalami fœdera sacra colunt:
 In vita quidam, sine conjuge, cœlibe degunt:
 Scortorum quidam turpia tecta probant.
 Horum primus amat mandatum Numinis ordo:
 Æthereis medius par studet esse choris:
 At qui scortorum turpes sectantur amores,
 Æquales rapidis dixeris esse feris.
 Te juvat ô dulcis, cum chara virgine, Sponse,
 Gaudia legitimi celebrare tori.

A 2

Pro-

*Propositum justis super aethera laudibus istud
Tollo: Deus jubeat cedere capta bene.
Vive diu dulci cum conjuge, sponse: molestet
Conjugium vestrum nulla querela. Vale.*

P E T R U S Zinckisen Schnebergensis, Ecclesiae
Christi in Rosaleben Pastor.

AMOR & CONOMUS.

Dum me lectus habet, dum vexat querquera febris,
Frigore & in medio dum calor ossa quatit,
Vis abit ingenii, torpent ad carmina viros,
Atq. Poëtificus deficit ille calor.
Tu verò interea genialia sacra celebras,
Et venit in thalamum pulla puella tuum,
Et numeros poscis, poscis gratantia honorem
Carmina, & ingenuos ad nova sacra jocos.
Quare ne desit fidi tibi copia amici
Accipe qua donat, Sponse, Thalia tibi.

Ergo ubi jam sacras fueris prostratus ad aras,
Legitimi ut firmes, fœdera sancta tori,
Vota fer, atq. D E I supplex prece Numen adora,
Ut faveat captis celitus Aura tuis.
Nil firmum, aut constans, nihil est durabile, si non
Fundamenta locat, consolidatq. D E U S.
A Domino venit hæc Conjux, quam gratia honestat,
Quam probitas laudat, quam pietasq. probat.

Quæq.

Quaeq; suum digno veneratur honore maritum,
 In cruce quae durum scit bene ferre jugum.
 Quam decorat pudor, & veneranda modestia vultus,
 Iratum quae scit flectere posse virum.
 Quae nec pulchra nimis, sine mente, aut dentibus albis
 Nigricat, infuscans Aethiopissa domum.
 Quae nec muta nimis, nimiumve loquacula oberrat,
 Sed quae casta domi est, quaeq; pudica foris.
 Quae commissa sibi tacito sub pectore servat,
 Sublestam inq; toro nescit habere fidem.
 Quae vultum exhilarat, quae sese exornat honeste,
 Nempe suo ut placeat firmo in amore Viro.
 Quae fecunda, velut vitis, sese applicat ulmo,
 Et quae progeniem curat, alitq; domum.
 Tandem quae longè longis illustrior annis
 A longa laudem posteritate trahit.
 Talem si, Sponse, exoras, si Numine talis
 Propitio Conjux in tua vota datur,
 Tunc gratare tibi, Sponse gratare novella,
 Cum magno à Domino fanore munus habes,
 Munus habes, quod opes Pactoli vincit, & Hermi
 Aut si quid gemmis carius esse potest.
 Sunt alii, qui non cupiunt exposcere pacem,
 Nec sociam quarunt per pia vota tori.
 Sed verbis audent teneras mollire puellas,
 Et sese donis insinuare solent.
 Et vel pellivorax anus, aut edentula nutrix
 Tentant, quod tentat nemo, nec ipse DEUS.
 Verum infelices: neq; enim sine Numine navis
 Conjugii rectum per mare currit iter.

Sedruit in syrtes, scopulisq. alliditur, & vim
Scylla tuam patitur, siue Charybdi tuam.
Nectales confirmant Amor, nec pronuba Juno,
Cyprianon praesto est, non Hymenaeus adest.
Eumenides sternunt lectum, atq. in culmine carmen
His Bubo infelix exitiale canit.

Litera quin etiam sonat hic de gente Canina,
Dissidiumq. venit, dissidiumq. venit.
Pro donis cereris, pro purpureo Narcisso,
Lappa, & cum lolio, carduus urit agrum.
Nec possunt famam longos extendere in annos,
Progenies brevis est, & sine honore domus.

Haecenus haec. Sed nunc, sacris epulisq. peractis,
Optato optatus sidere vesper adest,
Vesper adest, suadens primos cum conjuge somnos,
Et quae cunq. suo sint peragenda modo.
Eja age, sponse, moras rumpe, & tibi junge Volentem,
Quam tibi jungit Amor, quam tibi sancta Fides,
Quam DEUS, & dulces tibi quam pepigere parentes,
Quae tibi iucunda est, quae tibi sola placet.

Non ego te jubeo per totam stertere noctem,
Sed magis officii te memorem esse volo.
Ergo fac officii munus quod postulat, ergo
Perfice quae fuerint perficienda tibi.

Oeconomus jam fiat Amor, justisq. laborem
Dividat ordinibus, temporibusq. suis.
Matutinus agat sese, totumq. pererret
Arte locum, & videat quid sibi poscat Ager.
Quid faciat laetae segetes, quo vomere Terra
Sit subigenda, bonus ne sterile scat ager.

Et

Et quia non omnes terra ferre omnia possunt,
 Et varii Cultus sunt, habitusq; loci,
 Ponderet imprimis regio quid quæq; recuset,
 Et quid quæq; ferat, quoq; colenda modo.
 Basiola hic illic veniunt felicius oris.
 Oscula, blanditiæ hic, delitiæq; vigent.
 At veneris fatus alibi, & sub matre vircenti,
 Seminium generis, Laurus odora viret.
 Sed qua parte tonat nimbis domus horrida, nemo
 Illic blanditias, deliciasq; legit.
 Nec pigeat Colles interreptare tumentes,
 Ex his nam tandem lactea musta premet.
 Hinc qua Pelorus consurgit, Agrumq; rotundat,
 Totus ibi in segetem est luxuriosus ager.
 Unde tibi messem poteris promittere, & unde,
 Sponse, tibi in curas area longa patet.
 Nudus ara, sere nudus; hyems ignava colono,
 Cum jam depresso vomere terra riget.
 Quin etiam festis quædam exercere diebus,
 Non prohibet pietas, nec pia jura vetant.
 Religio vetuit Rivos deducere nulla,
 Nec servare domum religio vetuit.
 Sic quoq; per nemora & per depressas Convalles
 Sit labor angustis vallibus ire viam.
 Sapius hic risus venabere, sæpe lepores
 (Non lepores thalamus sed bona mensa dabit)
 Cætera jam taceo. dictis quis enim instruat illum,
 Qui bonus Oeconomus, quiq; vir esse cupit?
 Hei miser hic, glebas rastris qui frangit inertes,
 Cui taurus medium deficit inter opus.

Aut

Aut oculis capta fodere cubilia talpæ,
 Curculio aut segetis depopulatur opes.
 Talis namq. seges vanis eludit arenis,
 Et paleæ culmos area trita terit.
 Talia ne fiant, labor impendendus, & aruum
 Oeconome ipse tuum confere, & exatura.
 Multa etiam melius media se nocte dedere,
 Aut cum mane novo surgit Eōus aquis.
 Noctē leves stipulæ melius, nocte arida prata
 Tondentur, noctis non etiam Humor abest.
 Et quidam ad seros hiberni luminis ignes
 Per vigilans tractat ritè laboris opus.
 Scilicet ut possit parvos educere natos,
 Et genus, atq. suam multiplicare domum.
 Hinc ubi jam pendent dulces circum oscula Nati,
 Ad mensamq. infans si parasitus adest,
 Latatur, gratesq. Deo promunere cantat,
 Qui tanta affecit fertilitate domum.
 Et sic in thalamo, dulciq. in amore senescens,
 Curarum atq. operum dulce levamen habet.
 Unde aliquis talem cultorem ubi conspicit Agri,
 Inq. domo cernit Conjugiale bonum,
 Exclamat merito. Hic pariter laudandus, & illa,
 Oeconumus bonus est, Oeconomissa bona est,
 Et dubitamus adhuc cultura impendere curam?
 Nec colimus thalami, nec renovamus Agrum?
 Talis ut Oeconumus fias cum Compare, Sponse,
 Utq. Aruum exhilarans conjugiale colas,
 Ut tandem justo distendas tempore plena
 Horrea, & hinc pascas amplifiesq. domum.

Com-

Comprecor ex animo, & Favor omnipotentis Olympi
 Agrum sole suo protegat, imbre juvet.
 Sic tibi vel aestas autumnus hyemsq; feracem
 In thalamo messet, mella, merumq; dabunt.

Christian Podenstein P. & Rector
 Schola Witzlebicæ ad
 Onestrum.

Ἄ ἤδη ὦδε ζῶν
 τὴν ἀζυγῇ ἀλύξων
 δύναι Σὺ βέλει ἀγὰ,
 ὦ ΝΥΜΦΙ' εὐκλῆ, δεσμά
 συζεύξεως θεμιστῆς,
 καρπῶ καλοῖο ρίζης,
 πτωχοσπόρε δρχῆς
 ἀνθρωπίνῃ γενέθλης;

Τοιγὰν ὁ παῖς κυθήρης
 Ἔρως, ἀλύκῳ ἀλκί,
 ἔτασε σφόδρα χαλκῷ,
 κ' ἤμυξε τόξῳ ὀξεῖ
 σὴν καρδίαν φλέγυσαν
 ἔρωι παρθένῳ,
 καὶ νυμφικῷ ἔρωι,
 καὶ συγδάμῳ ἔρωι.

Τίς τῶντ' ἂν μεγάροιο,
 σοφώτατ' ἔκῃ
 θεῶ γάμων μέδοντος,
 ἔσμε μύνης λαχόντι
 δρεῖαῖς ἰόσαισι Νύμφης;
 Συγχαιρέμεν φρένεοσι,
 συγχαιρέμεν τ' ὄψεσσι,

εὐχεσθαι Διτυχῇ τε
 πάντ' ἡμέων προσήκει.
 Ἐπᾶξι γάρ τιν
 ὁ Νυμφίος κλεεννός
 ἔραν κόρης ποθεινῆς,
 τὸν ὦπα πορφυρέσης,
 τὸ γένεθλον ἡϋδόξῃ,
 τὰ ἥθη δαρέσκῃ,
 μάλιστα δ' εὐσεβείῃ
 κεκασμένη καὶ αἰδοῖ.

Ἐπᾶξι καὶ τιν
 ἡ Νύμφη ἡ κλεεννή
 Μνηστῆρ' ἡϋθύμῃ,
 καὶ νυμφίῳ ἔραστῇ,
 καὶ δεσπότης σεβαστῇ,
 πρυτανῇ ἐργολήτῃ,
 πολυμειλίχῃ ἀκοίτῃ.

Ἦσθητι γὰρ, μεριμνῶν
 καὶ νυμφί', εἰργε πάσας
 Μνηστῆρας σε σέβει,
 καὶ νῦν λόγοισι θέλξει,
 φρέν' αἰμύλοισι τέρψει,
 αἰμαρύνμασιν τ' ὀπωπῶν

B

νεφέλας

νεφέλας πυκράς ἀνιῶν
 σκεδάσει παρὰ σ' ἀρηγών.
 Ἡΐτη, καὶ μεριμνάς,
 ὦ Νύμφη, ἀεὶ χαίνας
 Σὲ νυμφίῳ Φιλήσῃ,
 Σὲ νυμφίῳ τροφήσῃ,
 Σὲ νυμφίῳ γελίῃ,
 ἅμα νυμφίῳ σε κύσῃ.
 Ἐπύθοντο γῶνδε Μῆσαι,
 βαθυκύμονα παρ' ὀχθῆας
 αἱ ὀνέσσει ἐψιῶνται,
 ἱλαρῶ ἔρρει καὶ ἦτορ
 εὐχῇσι νεύσαν ἦσι,
 καὶ εὐθεόισι μύθοις
 σωήλυδες σιωπῶντων.

ΝΥΜΦΗ ΤΕ ΝΥΜΦΤΟΣ Π
 εἶεν, κ' αἰὲ μύθοισιν
 Μὰ λ' εὐχαμοὶ γάμοισιν,
 Μὰ λ' εὐτεκνοὶ τέκνοισιν,
 ὀλβοῖσι παρὺλβοι,
 αἶνοισι παρὰ λύαινοι,
 ὁμόφρονες φρένεσσιν,
 ὁμότροποι τρόποισι,
 πολυήμεροι χρόνοισι,
 ἵνεασι τηλεθῶντες,
 μακαρτάτως θανόντες
 μέτοχοι τέλος γένοντο
 αἰώνια γὰρ ὀλβον,
 θεοδέγμονός γε κόλπον!

*M. Christianus Sigelius Scholæ
 VVitzlebicæ Conrector*

INdedit Omnipotens stimulum sapienter amoris
 Cunctis, sacrum ambit quô duce quisq; thorum.
 Liberô at inde trahit motu sua quemq; voluptas,
 Nubendi tali, quæ sibi digna placet;
 Nam sunt nummorum queis tanta libido, reducant
 Qui nisi dotatam, se periisse putant:
 Sunt qui pervigiles formosæ retia nectunt,
 Quo referat Gnydiæ membra decora Deæ:
 Sunt quibus ætatem solitum est discernere; nubit
 Impubi hic, viduæ jungier ille cupit:
 Deniq; sunt, mores, qui cum pietate puellæ
 Junctos respiciunt, ingeniumq; probum.

Quæ.

Quæritur hinc meritò quænam præstantior harum?

Dicam, sed paucis iudice me positò.

Displicuit nunquam primæ sententiæ classis;

Si modò nympha bona est, ducta mihi in thalamum;

Fiet enim, miserâ ne formâ hinc urbe domatim,

Discurrens repetam crusta relicta cibi:

Rara avis ast bonitas illis, quibus improba dos est;

Perdet ita ære magis vir sua jura sibi:

Nil quoq; divitiæ deinceps quam jurgia ponunt,

Ut dotata viro sæpius objiciat:

Heus mendice meâ non vivis sorte? quid inde

Attuleris, citius porrige, quæso, mihi.

Adde malâ rarò famâ haud connubia fiunt;

Ac ubi dos, vitium vertitur haud vitio.

Classe quoq; hoc aliquid pulchram est duxisse secundâ,

Comprobo, forma opus est, Conditor alme, tuum.

Hic licet atq; bonis nativis omnia vernalia,

Gramine sub verno sed tamen hydra latet;

Fallere nam possant oculi naturaq; vultus,

Et pietas formâ jurgia crebra movet:

Res quoq; forma fugax undæ citò labitur instar,

Quæ placuit juvenis, tunc anus illa minus.

Pulcræ & fastus inest; loculos ex haurit ubiq;

Dum studet alterutrò, culta placere viro.

Nec teneræ prorsus Nymphæ de terre orannis,

Nec viduæ; classis quas mihi terna locat:

Molliter illa virum novit recreare; domare

Horrida verba; suâ laude nec hæcce caret:

Ultra petenda fiet verò mens fluctuat harum,

Et sunt hic causæ cum ratione graves:

B 2

Cum

Cum nondum illa viri-lædit sua membra-potens, res,
 Afficiturq; domûs, stans brevitæte ruit:
 Parturit & multo natos exhausta dolore,
 Infirmos, subito succubuisse solet.
 Hanc sibi qui jungit, narrantem sæpè sepulti
 Audiat invitæ, gesta priora viri:
 Assuescatq; suis decet & delectat oportet
 Moribus; aut rixis non vacet illa domus.
 Hinc igitur medium subeundum est inter utramq;
 Aut sumat similem quisq; sibi sociam.
 Quarta sed illa placet classis, quò ducitur uxor,
 Quæ magis ingenio sic pietate viget.
 Hæc melius natura nihil mortalibus unquam
 Concessit: Jovæ nec nisi dante datur.
 Exhilarare virum didicit complexibus artæ,
 Qua ratione domus sitq; regenda tenet:
 Talis opes superat, superat speciosaq; membra
 Corporis, ac oculis carior esse studet:
 Summa hæc innumeris præponderat arte puellis,
 Fæmineumq; solet condecorare gregem:
 Talem etiam BURCKARDE tibi petis ordine quarto,
 Omnigenâ censes quam magè parte parem.
 Et benè: Nam genere est, ætateq; moribus aptis,
 Nomine Contiadûm consimilisq; tibi.
 Felix ô nimium talis cui munere divûm,
 Contingit virgo quæ sociata thoro est!
 Gratulor hæc thalami sociam, peto Jovæq; vestra,
 Qui junxit corda, hic det quoq; amore frui.
 Sit procul Asmodi, fors aspera, lisq; maligna,
 Contra pax ædes incolat oro tuas.

Vivite

Vivite concordēs, longævam ducite vitam,
Ludat & ad vestros parvula turba pedes:

Φιλίας ἐνεκα F.

M. Justus Heinricus Jacobi

Diaconus Roslebiensis.

Ad Odam 28. Libri tertii

Carminum Horatianorum.

Læto quid potius die
MARTINI facias? perge reconditum

Sponse promere corculum,

Adductæq; ad aras trade Puellulæ.

Inclinare meridiem

Sentis, ac veluti stet volucris dies,

Parcis carpere dulcia,

Cessator, teneræ virginis oscula.

Nos cantabimus interim

Et Iovam & facilem conjugii Patrem.

Tu, quas Sponsa volet Tua,

Et natura jubet, Res age sedulo

Cum conamine. Qui polum

Fulgentesq; regit Lampadas, & solum

Certis non sine legibus,

Maestabit meritis Vos quoq; PRAEMIIS.

id quod παρωδῶν Voveo

Johannes Müller Sangerhusanus. Nobilis

Scholæ, Witzlebicæ ad Onestrum,

Collega & Cantor.

B 3

Spon-

Sponsæ cum Anseris comparatio.

Næ te sponse, vocem beatiorem
Natum candidioris anseris! næ
Te, *Burcharde*, vocem beatiorem,
Inquam, ab ansericidâ utroq; sancto
Susceptum! Tibi donat alter horum
Burchardus genitabilis diei
Phosphorum: socium facit suimet
Nominis: comitem facit suimet
Honoris: jugulat lareisq; ad aras
Pullum planipedem; sacrum beat
Husio volucrem; sacrum procaci
Juni volucrem; sacrum petulcæ
Isidi volucrem; sacrum fluenti
Inacho volucremq; vulgò Ganzam
Burchardinam: & ita rux celebrat,
Ritè lucis honorem. At alter horum
Martinus; lepidum caput Tricongio
Novi Thyrsigeri bibaciori!
Sponsum participem facit recentis
Victimæ: thalami sereniorum
Stellam conjugibus novis amicam
Exerit: Bromio replet culignam:
Umbras exhilarat: beat novumq;
Sponsum: dedicat, exhibet, dat, offert
Anserem lepidum, domi sonorum
Custodem, socium thori invidendum:
Næ te, sponse, vocem beatiorem,
Ganza Hæc sueta domos, Heri malignas
Curas tollit amiciores linguâ.

Cum

Cum poppismatibus, soni strepentis
 Loquellâ rabidas domabit iras:
 Dabit blanditias modò has, modò illas,
 Ad vocem Domini gerendo morem;
 Næ te, sponse, vocem beatiorem!

Hæc curam Capitolii tenebit,
 Exemplar vigilantia diurnæ!
 Cantu pervigili è thoro vocabit
 Ignavos in opus suum popellos:
 Et quæ sunt malè gesta favienti
 Hirquulo feriet. Tumultuantem,
 Coniugi Oceani procellam & æstum
 Tranabit facilis: pericla quævis
 Vitabit comitante marito:
 Næ te, sponse vocem beatiorem!

Hæc plumis, probitatis æstimandæ:
 Singularis verecundiæ: atq; Amoris
 Te sponsum decorabit. Hæc patentis
 Famæ pennigerà levabit alâ
 Conjugem superas Olympi ad arces:
 Eia molliculis thori recessus
 Plumulis calidos; sinu tepente;
 Complexu accubuo virum fovebit:
 Næ te, sponse, vocem beatiorem!

Ova siqua aderunt tibi asperata
 Incuba. Hæc studio frequentiori
 Mollesiet teneros datura pullos:
 Exclusosq; tuebitur crepante
 Sibilo trepidantibusve pennis

Defen-

Defendet teneros probè puellōs;

Defendet teneras probè puellas,

Næ te, sponse, vocem beatiorem!

Quorum copia ut adsit annuatim:

Anserum vice prodeantq̃ multa;

Hiscæ cordicitus precor phaleucis!

Tuus

Johannes Ernst Northufanus.

In nuptam te, Sponse, iuvat deponere vitam;
Virginis es quoniam captus amore pia.
Rem benè capisti, dulce est sibi jungere sponsam!
Ut felix omnis sit medicina mali.

Intro eas ergò thalamum nove sponse, jugalem,
Atq̃ colas leti fœdera conjugij.

Te SPONSAMq̃; TUAM speciosâ prole Parentes
Efficiat letos gratia larga Dei.

Vivite felices; concordēs vivite semper.

Vos liget una fides; vos liget unus Amor!

Faustæ acclamationis
ergò adponebat.

Andreas Schnegassius Pfondroffia-
Thuringus. Th. St.

F I N I S.

Dom. 2c 2770.

R 7K

Vo
SCHOLA

Ornatissim

Dn. BU
KUNT
dislebiensis
Oec

Lectiss

ANNÆ

Prudentissim



Dn. Magistri
Prætoris ap

HALLE
(SAALE)
Dicata a

Celebr.

1918

Excudebat P



Zc
2770

X2055068

